

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Ioannes Roffensis episcopus clarissimo Ioanni Reuchlin

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

IO. REVCH. LIBER SECUND.

line neglectis portentis Christo nos oblectemus, & honestissimis  
fruamur studiis. Tuus Roffensis & Coletus belle ualent. Omnes  
eruditi probiq̄ uiri te amāt. Expostulaui cum Dorpio, quare hæc  
Academia se miscuisset tuo negocio? nam huius stylo abusi sunt  
ad hoc negocii. Is respondit, unum Adrianum fuisse authorem,  
cui nunc contigit Cardinalatus. Nec unq̄ tamen fuisse mentionē  
hærefoe, sed errorum duntaxat. Quid autem uacat errore? Tam  
etsi ego nihil illic erroris uideo, Curaui libellum latine uerten-  
dū, ac misi Roffensi. Bene Vale. Louanii. XVII. KL. Decembres.  
Scripsisse copiosius, sed hic incertus erat γραμματοφόρος.

Ioannes Roffensis Episcopus, Clarissimo  
Ioanni Reuchlin.

SALVVS sis Reuchline charissime. Doleo plurimū literas eas  
quas ad me dederas periisse. Ne grauēris itaq̄ precor, ad nos  
scribere iterato. Sum enim ex tuis fautoribus unus, & fortassis  
non minus q̄ quotidie assidet lateri tuo, neq̄ minus mihi mo-  
lestum est hoc iniuriatum negocium, quod Fratres isti faceſſunt  
tibi, q̄ qui tui amātissimus est. Quamobrem te precor, optime &  
eruditissime Ioannes, digneris nos aliquarum tuarum literarum  
participes facere, ne fruſtra uideamur nobis hunc nostrum amo-  
rem in te coloſſe, & fœlix. Valeas. Ex Londino Anglia.

ERASMVS REVCHLINO SVO S D.

I am bis ad te scripsi, fortassis negligentius q̄ decuit ad tantum  
uirum, sed tamen amice simpliciterq̄. At tu ne uerbo quidem  
respondes, Non possum quicq̄ de te suspicari, niſi quod sit eru-  
ditissimo ſimul & humanissimo uiro dignum. Episcopus Roffen-  
sis uir absolutissimæ doctrinæ in suis ad me literis ita de te memi-  
nit. Quod mei meminiffe uolueris, & me per literas salutare, grati-  
as ago tibi maximas, & præcipue quod de Reuchlin tam diligen-  
ter omnia scriperis, cui ego ualde faueo, quanq̄ incognito mihi.  
Ac paulo post. Ad Reuchlin illum redeo, cuius opera si qua edide-  
rit quæ apud nos non fuerint, cures quæſo ad nos perferri. Nam  
mihi ualde placet hominis eruditio, ut qui uicinius ad Ioannem